

trucciones convenientes, á las cuales se atemperará en un todo el párroco. «Concubinarius publicus etsi dispositus, priusquam absolvatur, concubinam ejicere debet ad scandalum auferendum.» Attamen: «en algún caso rarísimo (escribe el P. Segneri) puede hallarse en gente semejante una disposición de dolor maravilloso... Os indicaré el partido que debéis tomar respecto de un público pecador, si está bien dispuesto. Absolvedle, y al mismo tiempo prohibidle comulgar, á lo menos en lugar donde sea conocido.» (*Confessore istruito*, c. 5.) «Casus item contingere potest in persona civiliter tantum conjugata, quæ reducta ad pœnitentiam, velit se sincere continere a peccatis; attamen dum curat, ut ejus matrimonium legitimetur, nullimode potest separari quoad tectum. Tunc poterit absolvi, non communicare.» (Scavini-Del Vecchio, tomo 1, número 463.) Por lo que se refiere á los hijos que resultaren de esas uniones ilegítimas, téngase presente la respuesta dada por la Sagrada Penitenciaría en 4 de Septiembre de 1870 á la pregunta que sobre este punto y otros hicieron los Prelados de la provincia tarraconense. Dice así: «No hay inconveniente en que se pongan los nombres de los padres en las partidas de los hijos, pero expresando que están casados civilmente. (Cadena, tomo 1, edic. 2.^a, pág. 102.)*»

2742. * Está declarado por el Santo Oficio que los que tuviesen el atrevimiento de casarse civilmente sean considerados como pecadores públicos, y sus hijos por ilegítimos; debiendo ser anotados en tal concepto en el libro de bautismos, si bien se observarán en la administración del Sacramento todos los ritos y ceremonias prescritos en el Ritual, omitiendo toda pompa y solemnidad, y el toque de campanas donde haya costumbre (31 de Julio de 1867). (*Acta Sanctæ Sedis*, tomo 3, pág. 243.) La mujer

no tiene derecho á ser admitida á la bendición que suele darse después del parto, á fin de que el concubinato de ningún modo sea cohonestado (18 de Junio de 1859). Véase en el Apéndice una resolución del Santo Oficio sobre el modo de proceder con los casados civilmente que, reconocidos, quieren contraer matrimonio canónico.*

2743. * Ponemos á continuación las siguientes reglas de conducta, tomadas de Scavini-Del Vecchio, t. 3, núm. 835, edic. 14.^a, para que sirvan de norma á los señores curas párrocos en los casos matrimoniales que les puedan ocurrir:

«*Regulæ pro praxi*. Si matrimonium quod civile appellant obtineat, hæc præ oculis habere debet parochus:

»I. Pergat catholicam de matrimonio doctrinam populum docere; et identidem, præsertim vero à dominica prima Adventus, eloquio gravi, et septimplum purgato exponat sacramenti Matrimonii naturam, sanctitatem, finem, impedimenta ea maxime, quæ frequentius occurrunt, vel non satis a rudibus noscuntur, speciatim publicæ honestatis, ac cognationis spiritualis.

»II. Quos cognoscunt civiliter tantum junctos, parochi et confessarii, imo omnes, saltem ex lege caritatis quoad possunt, et quamdiu spes est, in Domino curent, ut etiam religiose jungantur, ipsis aperiendo ingens fidelium scandalum, et maximum, in quo versantur, periculum illico ad inferna descendendi, si eos adhuc in concubinato subitanea mors percutiat. Hinc hortatur Episcopos Leo Papa XIII, Encycl. *Arcanum*. In his ad officium revocandis hominibus Vestra sollers industria versetur; et cum per Vos ipsos, tum interposita vivorum bonorum opera, modis omnibus contendite, ut sentiant se flagitiose fecisse, agant nequitiae pœnitentiam, et ad justas nuptias ritu catholico ineundas animum inducant.

»III. Caveat parochus, ne publice

veritatem docendo quempiam offendat, vel contra civiles leges insurgat, nisi velit gravi discrimini se committere, et sine fructu. Contentio enim ad nihil utilis est, nisi ad subversionem audientium. Imo parochus moneat sponso de necessitate se submitte etiam legibus civilibus, eorum matrimonium muniendo sanctione legali; qua solum ipsi, et eorum filii civiles effectus, et politicos potiri possunt. Ipsa S. Pœnitentiaria jussu Pii IX i declaravit opportunum, et expediens; nec desunt theologi qui contrahentes, si civiles cæremonias omittant, culpa minime vacare doceant, ob perniciosos effectus, qui exinde sequuntur. Plures autem Synodi id præcipiunt. (*Acta Sanctæ Sedis*, tomo 12, pág. 168.)

»IV. Si timendum sit, ne fideles, si prius civiliter contrahant, subito maritaliter vivant, antequam uniantur etiam in faciem Ecclesiæ, ut ecclesiasticum matrimonium præmitatur civili, quod semper si fieri potest, curandum est. Attamen (addit S. Pœnitentiaria) si quæ coactio, aut absoluta necessitas, quæ facile admittenda non est, ejusmodi ordini invertendi causa esset, tunc omni diligentia utendum erit, ut matrimonium coram Ecclesia, quam primum contrahatur, atque interim contrahentes sejuncti consistant. Coactio ordinem invertendi adesset, si lex civilis id præciperet sub pœna. (Vide lib. 4, Append. 75.)

»V. Cum parochus audit sponso, non satis est investigare, an aliquo canonico impedimento detineantur; sed etiam inquirat, an aliquid desit ex parte legis civilis. Detecto civili impedimento, differendum matrimonium quousque obstaculum illud civile auferatur; quod si urgeat causa statim contrahendi coram Ecclesia, inconsulto Episcopo, parochus ne permittat, ex S. Pœnitentiaria; ne eveniat, ut vir frigescente amore, relinquat uxorem ductam in faciem Ecclesiæ,

et statim aliam ducat coram lege civili, quod evenisse notum est, nec amplius suppetat remedium.

»VI. Parochus curet omni modo, ut ecclesiastica impedimenta prius auferantur vel una simul cum civilibus, ne contingat, ut sponsi semel liberi ab impedimento legis, sed adhuc impedimento Ecclesiæ ligati, coram officiali civili contrahant, et postmodum negligant (maxime si aliquid difficultatis sit) curare dispensationem Ecclesiæ, et sic in perpetuo concubinato vivant. Et ideo præstat, ut parochus penitus non ignoret impedimenta a civili potestate inducta aliasque præscriptiones, ne se, aut alios gravi discrimini committat.» (Véase también en el mismo Scavini-Del Vecchio, tomo 4, núm. 553, la instrucción de la Penitenciaría, dada en 15 de Enero de 1866, la cual trata del contrato que vulgarmente se llama *matrimonio civil*.)

2744. * P. ¿En qué penas incurren los que celebran matrimonio ilegal?

R. El que desee enterarse de la responsabilidad en que incurre el que contrae matrimonio ilegalmente, puede acudir al Código penal, que trata de esta materia, desde el art. 486 hasta el 494, cuyo articulado omitimos por evitar prolijidad y porque en el núm. 2701 se ha consignado á quienes prohíbe el Código civil contraer matrimonio sin la licencia ó consentimiento competentes.*

2745. * El art. 42 del Código civil reconoce que los matrimonios celebrados según las leyes de la Iglesia, son legales; por consiguiente, los infractores de estas leyes incurrirán en los castigos que el Código penal marca en los artículos á los que se hace referencia en el número anterior.*

2746. * Los matrimonios celebrados antes de regir el Código civil, se probarán por los medios establecidos en las leyes anteriores, dice el Código vigente; mas los con-

traídos después se probarán sólo por la certificación del acta del Registro civil, á no ser que los libros de éste no hayan existido, ó hubiesen desaparecido, ó se suscite contienda ante los tribunales, en cuyos casos será admisible toda especie de prueba. El mismo Código, en su art. 55, prescribe que el casamiento verificado en país extranjero, donde estos actos no estuviesen sujetos á un registro regular ó auténtico, puede acreditarse por cualquiera de los medios admitidos en derecho.*

ARTICULO VIII

Del matrimonio mixto.

2747. Atendido el aumento de la incredulidad, especialmente en los jóvenes de nuestros días, y la libertad de conciencia permitida por la ley civil, me parece conveniente transcribir la Instrucción expedida por la Secretaría de Estado de Pío IX á todos los Arzobispos, Obispos y Ordinarios, acerca de las dispensas sobre el impedimento de diversidad de religión para los matrimonios mixtos, la cual es de suma importancia; porque, además de ser la última que se ha dado sobre esta materia, y estar vigente, contiene algunas modificaciones, y suaviza algún tanto las disposiciones anteriores de los Romanos Pontífices. Dice así:

«Etsi Sanctissimus Dominus noster Pius IX Pontifex Maximus, gravissimis causis impulsus, aliquod immutandum esse censuerit in formula dispensationum, quæ ab hac Apostolica Sede conceduntur ad mixta ineunda matrimonita, veluti Amplitudo Tua ex adjecta formula intelliget, tamen idem Summus Pontifex, de universi dominici gregis salute sibi divinitus commissa vel maxime sollicitus, pro apostolici ministerii sui munere non potest non summopere inculcare omnibus Archiepiscopis, Episcopis, aliis-

que locorum Ordinariis, ut sanctissima catholicæ Ecclesiæ de hisce conjugiiis documenta integra et inviolata religiosissime serventur. Omnes enim norunt, quid ipsa catholica Ecclesia de hujusmodi catholicos inter et acatholicos nuptiis constanter senserit, cum illas semper improbaverit, ac tamquam illicitas planeque perniciosas habuerit, tum ob flagitiosam in divinis communionem, tum ob impendens catholico conjugii perversionis periculum, tum ob pravam sobolis institutionem. Atque huc omnino pertinent antiquissimi canones ipsa mixta connubia severe interdicentes, ac recentiores Summorum Pontificum sanctiones, de quibus immortalis memoriæ Benedictus XIV loquitur in suis encyclicis litteris ad Poloniae regni Episcopos, atque in celeberrimo opere quod *De Synodo Diocesana* inscribitur.

Hinc porro evenit, ut hæc Apostolica Sedes, ad quam unice spectat potestas dispensandi super hujusmodi mixtæ religionis impedimento, si, de canonum severitate aliquid remittens, mixta hæc conjugia quandoque permiserit, id gravibus dumtaxat de causis ægre admodum fecit, et non nisi sub expressa semper conditione de præmittendis necessariis opportunisque cautionibus, ut, scilicet, non solum catholicus conjux ab acatholico perverti non posset, quinimo catholicus ipse conjux teneri se sciret ad acatholicum pro viribus ab errore retrahendum, verum etiam ut universa utriusque sexus proles ex mixtis hisce matrimoniis procreanda in sanctitate catholicæ religionis educari omnino deberet. Quæ quidem cautiones remitti seu dispensari numquam possunt, cum in ipsa naturali ac divina lege fundentur, quam Ecclesia et hæc Sancta Sedes sartam tectamque tueri omni studio contendit, et contra quam sine ullo dubio gravissime peccant, qui promiscuis hisce nuptiis temere contrahendis se ac prolem exinde suscipiendam perversionis periculo com-

mittunt. Insuper in tribuendis hujusmodi dispensationibus, præter enuntiatas cautiones, quæ præmitti semper debent, et super quibus dispensari nullo modo unquam potest, adjectæ quoque fuere conditiones, ut hæc mixta conjugia extra Ecclesiam, et absque parochi benedictione, ulloque alio ecclesiastico ritu celebrari debeant. Quæ quidem conditiones eopotissimum spectant, ut in catholicorum animis numquam obliteretur memoria tum canonum, qui istiusmodi mixta matrimonia detestantur, tum constantissimi illius studii quo sancta mater Ecclesia numquam destitit filios suos avertere ac deterrere ab iisdem mixtis conjugiiis in eorum et futuræ proles perniciem contrahendis.

»Jam vero quod attinet ad prædictas conditiones de his, nempe, mixtis nuptiis extra Ecclesiam, et sine parochi benedictione, alioque sacro ritu celebrandis, cum conditiones ipsæ in plurimis similium dispensationum rescriptis clare aperteque fuerint enunciatae, in aliis vero permultis rescriptis implicite continentur, idcirco Sanctissimus Dominus noster pro summa ac singulari sua prudentia hanc formularum varietatem de medio tollendam existimavit, ac jussit in posterum unam eandemque formulam esse adhibendam ab omnibus Congregationibus, per quas hæc Apostolica Sedes dispensationes super hoc mixtæ religionis impedimento concedere solet. Itaque, rebus omnibus maturo examine perpensis, temporumque ratione habita, et iis consideratis quæ a pluribus Episcopis exposita fuere, atque in consilium adhibitis nonnullis S. R. E. Cardinalibus, idem Sanctissimus Dominus noster constituit, in harum dispensationum concessionem utendam esse formulam illius rescripti, quo etiamsi conditiones prædictæ de mixtis hisce conjugiiis extra Ecclesiam, et absque parochi benedictione, alioque ecclesiastico

ritu celebrandis haud aperte declarantur, tamen implicite continentur.

Ac Sanctitas Sua omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios vehementer in Domino monet, hortatur, et excitat, eisque mandat, ut cum ipsi in posterum hujus rescripti formula ab hac Sancta Sede obtinuerint facultatem dispensandi super impedimento mixtæ religionis, in eadem facultate exequenda numquam desistant omni cura studioque advigilare, ut sedulo quoque impleantur conditiones de mixtis hisce matrimoniis extra ecclesiam, et absque parochi benedictione, alioque ecclesiastico ritu celebrandis. Quod si in aliquibus locis sacrorum Antistites cognoverint easdem conditiones impleri haud posse, quin graviora exinde oriantur damna ac mala, in hoc casu tantum Sanctitas Sua, ad hujusmodi majora damna ac mala vitanda, prudenti eorumdem sacrorum Antistitum arbitrio committit, ut ipsi, salvis firmisque semper ac perdiligenter servatis cautionibus de perversionis periculo amovendo a conjuge catholico, de conversione acatholici conjugis ab ipso conjuge catholico pro viribus procuranda, deque universa utriusque sexus prole in sanctitate catholicæ religionis omnino educanda, judicent, quando commemoratæ conditiones de contrahendis mixtis hisce nuptiis extra Ecclesiam, et absque parochi benedictione impleri minime possint, et quando in promiscuis hisce conjugiiis ineundis tolerari queat mos adhibendi ritum pro matrimoniis contrahendis in diocesano rituali legitime præscriptum, exclusiva tamen semper Missæ celebratione, ac diligentissime perpensis omnibus rerum, locorum, ac personarum adjunctis, atque onerata ipsorum Antistitum conscientia super omnium circumstantiarum veritate et gravitate. Summopere autem exoptat Sanctitas Sua, ut iidem sacrorum Antistites hujusmodi indulgentiam,